

ab eterno esse et patri coeternus. et auctori. pater enim generatio auctoris filij est. ut sequenti ostendetur. Et si pater est eternus. ita et filius eternus est. sed per sine auctore. filius vero non: quia pater innascibilis. filius natus. Et ut ait Hylarius in xij. li. de tri. aliud est sine auctore esse eternum. aliud patri. et auctori esse coeternum. Ubi autem pater auctor est ibi et natiuitas est: quia sicut natiuitas ab auctore est. ita et ab eterno auctore eterna est natiuitas. Omne autem quod semper est eternum est. sed non omne quod eternum est etiam innatum est: quia quod ab eterno nascitur habet eternum esse quod natum est. Quod autem non natum est. id cum eternitate non natum est. Quod vero ex eterno natum est. id si non eternum natus est. iam non erit et pater auctor eternus. Si quidem si ei quod ab eterno patre natus est ex eternitate defuerit. id ipsum non est auctori ambiguum de fuisse. Quia si gignenti est infinitum gignere. et nasci etiam infinitum nasci est. Ad eundem enim quod inter natiuitatem dei filij et generationis dei patris. nec sensus admittit. quia et in generatione natiuitas est. et in natiuitate generatio est: quia si ne utroque neutrum est. utrumque ergo sine inuallo sui est.

Argumentatio heretica.

**H**ec inquit hereticus.

Omne quod natum est non semper fuit: quia in id natum est ut esset. Nemo ambigit quia ea que in rebus humanis nata sunt aliqui non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci quod semper non fuit. aliud ex eo natum esse quod semper est. Ubi nec semper fuit qui pater est. nec semper pater est. et quod non semper pater est non semper genuit. ubi autem semper pater est. semper filius est. Quod si semper deo patri proprius est quod semper est pater. necesse est filio semper proprius esse quod semper est filius. Quod si cadet in intelligentiam nisi iam ut non fuerit semper. cui proprius est ipse esse quod natum est. Harum ergo vniuersitatum deum ostenditur: sed natum ante tempora. nec ante esse quam natus. nec ante natus quam esse. quia nasci quod erat. iam non nasci est. sed seipsum demurare nascendo. Hoc autem humanum sensum et intelligentiam excedit mundi. Non hoc capit ratio humane intelligentie. sed prudentie fidelis. pfectio est.

Ista est distinctio nona. In qua magister postquam egit de natura coeternae generationis tractat de coeternitate genitoris et geniti. Et tria facit. Primum ostendit patris et filij coeternitatem. Secundo soluit in hanc difficultatem. Tertio dissoluit in eadem questionis ambiguitatem. Primum agit a principio distinctiois versus ibi. Sed quis a me inquit Ambrosio. Sed com facit ab inde versus ibi. Hic queri potest. Tertium ab inde versus ad finem distinctiois.

Et hec est ista magister in hac distinctioe in generali. In speciali ista magister facit in tribus propositionibus quarum prima est hec. De filio ab eterno a patre genitus est simpliciter patri coeternus. Et probatur sic. Illud est deo coeternum sine quo deo non fuit nec esse potuit. sed hoc est filius genitus a patre. igitur ipse est patri coeternus. Argumentum videtur valere. et maior est vera. Sed minor est probatur magister in ista: proponit primo quod tres persone diuine idem sunt in natura. sed distincte in personitate. Ubi inferre quod licet filius sit altus a patre: cum sit ab eo genitus. non tamen ante fuit pater filii: cum persone diuine sint sibi inuicem coeternae. Postea excludit errorem alium. Arrius dicitur: quod si filius natus esset principium haberet. et per consequens eternum non existeret. Hic error excluditur per autoritatem Augustini dicens. Si filius non esset coeternus patri: pater fuisset aliqui sine filio. et postea habuisset filium. que stare non potest. Relinquitur ergo positio vera. Secunda propositio est hec. Filij eterna generatio est ineffabilis. Et probatur sic. Illud est ineffabile quod omnem sensum superat. non solum hominum sed et angelorum. igitur eterna generatio filij a patre est hominum. igitur ipse est ineffabilis. Tenet argumentum et maior. sed minor pater in textu. ubi magister dicitur autem dicitur finctorum inueniatur. quod patris non esse prioris filio omnem intellectum creaturam excedit. Quis quidem in se ipsum posse per intellectum creaturam comprehendit. Tertia propositio est hec. Filius in diuinis agnoscitur: semper natus est nasci. Et probatur sic. Illud est de generatione filij in diuinis potius affirmandum quod perfectione sine imperfectione existit. Et illud quod imperfectione de se non excludit. sed filium semper esse natum perfectione sine imperfectione existit. Et filium semper nasci de seipso non excludit imperfectionem. igitur potius est affirmandum ipsum esse natum et semper nasci. Argumentum apparet euidentius. et maior et minor potest haberi ex ista. cuius tota sententia potest stare in isto: quod ex ipso generationis per verbum patris pfectio ipsius: cuiusmodi est ipse natus. denotat actum generationis transisse. et terminum eius actualiter in completo stare. Sed ex ipso generationis per verbum patris ipsius: cuiusmodi est ipse nasci. denotat actum generationis ad huc fieri. quod de se imperfectionis non excludit. Et per hanc propositio haec.

**H**ic de spiritu sancto agitur. et patris quod sit amor patris et filij dicitur.

**H**inc post filij.

eternitate: de ipso sancto quantum deo donante videre procedit dicitur ramus. Spiritus sanctus amor est siue charitas siue dilectio patris et filij. Ubi Augustinus in xv. li. Augustinus. de tri. ait. Spiritus sanctus nec patris est solus: nec filij est solus: sed ambo. et ideo communem qua inuicem se diligunt pater et filius nobis insinuat charitatem.

**H**ic spiritus sanctus proprie dilectio dicitur: et tamen trinitas sit dilectio.

**J**ohannes autem in epistola canonica ait. Deus charitas est non dicit spiritus sanctus charitas est. Quod si dicitur: absolutior esset finis: et non parua pro questione.

Hylari

Ratio hylarij.

Quid sit proprius patri et filio.